



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

Descendentia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

## 110 DESCENDENTIA.

Episcopus secundum veriorem sententiam potest restituere degradatos verbaliter , non autem degradatos actualiter , quia id solus potest Papa. art. 5.

Prælati authoritatem quasi Episcopalem habentes possunt recipere ad Ordinem electos cum habitu ( quod & olim factum est) & restituere verbaliter priuatos omni priuilegio Regulari : sed nullo modo electos sine habitu & tonsura, *ibid.*

## DESCENDENTIA.

*Vide Electio , Nouitius.*

**D**escendentes ab Infidelibus Iudæis & hereticis , quorum aliquis parentum in linea recta usque ad quartam generationem inclusuè fuit concrematus , aut eius ossa , aut statua igni tradita , sunt inhabiles ad omnes dignitates & officia Religionis , per plures constitutions ; & graues admodum pœnæ infliguntur in eligentes. Et electus eiusmodi iurisdictione caret. Licit dicant aliqui extare Bullam in Conventu Ara - cæli restringentem ad secundum gradum ex parte pater-

111

OREM  
EGRA-  
EGRA-  
S PO-  
OISCO,  
RE AD  
QUOD  
E VER-  
O RE.  
OS SINE

I A.

US LU-  
N ALI-  
VISQUE  
CLUSI-  
; OSSA,  
INHA-  
OFFICIA  
TURIO-  
IAE IN-  
ECTUS  
LICET  
CON-  
M AD  
ATER  
BÄ

DESCENDENTIA. III  
na, & ad primum ex materna. tom. I.  
ar. I. 2. & 7.

Certum est, descendentes ex genere maculato intra quartum gradum esse iure inhabiles ad dignitates Ecclesiasticas; tamen non incidunt in graues pœnas Pij IV. & Pauli IV. nisi eorum genus, aut effigies eius fuerint igne cremata. ar. 2.

Vt descendentes ab hæreticis incurvant pœnas contra ipsos in iure positas, necessarium est, quod ab ipsis descendant, postquam dictum crimen hæresis commiserunt, & non sufficit quod ante commissum, ab ipsis originem trahant. art. 3.

Vbi est certitudo de descendencia, res per se clara est; si autem sit dubium, aut tantum semiplena probatio, quod ante commissum crimen natus sit, semper est præsumendum quod non descendat à maculato genere, sive dictas pœnas non incurret & tutus manet in conscientia, licet adsit dubium speculatum. art. 3. & 4.

Si descendentes ex dicto genere maculato ad dignitatē promoueantur, ipso facto officiis suis sunt priuati,

112 DESCENDENTIA.

uati, nec possunt illa sine mortali peccato exercere, nisi ratione aliquis magnæ necessitatis excusentur, v. g. quia si ipsa non exercearent proprium, vel alterius crimen occultum reuelaretur. art. 8.

Similiter predicti descendentes ex maculato genere officia predicta habentes, iis renunciare minimè tenentur, si ex tali renunciatione timent probabiliter famam suam, aut progenitorum, detrimentum fore passuram; tenentur tamen petere dispensationem quam citius fieri potest. *ibid.*

Præfati descendentes, qui non sunt in possessione ipsorum officiorum, si ad ea per electionem, aut alio quocumque modo admittantur, surinabilitatis non ignari, tenentur dicta officia omnibus modis possibilibus renunciare. *ibidem.*

Visque dum tolerantur in officiis hi descendentes valent acta per eos facta, tenenturque subditi eis obediere, si tamen à superiore sententia, declaratoria eos esse comprehensos sub predictis constitutitionibus proferatur, tenentur subdit*inconti*

A.  
mortali  
ne ali-  
cuse-  
cerent  
en oc-  
ites ex  
edicta  
mè te-  
one ti-  
am, aut  
i fore  
petere  
s fieri  
  
on sùt  
iorum,  
it alio  
ur, suz  
nentur  
ossibi-  
  
officiis  
per eos  
s obe-  
tenten-  
ompre-  
cutio-  
subdin-  
nconti-  
  
DESCENDENTIA. 11;  
incontinenti ab eorum obedientia  
recedere. art. 8. & 9.

Eiusmodi descendentes, qui va-  
lide in nostra Religione professi  
sunt, durantibus scilicet constitu-  
tionibus *Iu ij III L. & Pij V.* quibus  
prædictas constitutiones *Clementis*  
*VII L. Paul. I V. & Pij I V.* mode-  
rati sunt; possunt esse diffinitores,  
Magistri Nouitiorum, Vicarij con-  
uentuum, quibus alias præsit Guar-  
dianus, aut Prior, Confessores Mo-  
nialium, discreti Capitulares in  
Capitulis prouincialibus, non autem  
generalibus, saltem in Ordine no-  
stro Minorum. Quæ prædictæ Con-  
stitutiones, ut pote pœnales, restrin-  
guntur præcisè ad dignitates &  
Prælationes, de quibus expressè  
loquuntur, eas scilicet, quæ verè sùt  
tales, & habent iurisdictionem or-  
dinariam, vel quasi ordinariam, vñ-  
de minimè extendendæ sunt ad of-  
ficia nominata, quæ talem non ha-  
bent. art. 11.

Possunt insuper esse Prædicato-  
res, quia constitutiones *Pauli I V. &*  
*Pij I V.* hoc interdicentes, à Pa-  
tribus Ordinis nō fuerunt receptæ.

H      Vnde

114 DIFFINITORES.

Vnde constituentes aliquem ex supradictis Prædicatorem, non peccant mortaliter, neque incurrit penas supradictas. art. 12.

Cōstitutiones Papales nullo modo ad Moniales nostri Ordinis descendentes ex genere maculato sunt extendendæ, tum quia lex loquens de viris in odiosis non extenditur ad fœminas, tum quia non est in eis propriè iurisdictio ordinaria art. 13.

DIFFINITORES.

*Vide Illegitimus.*

**D**iffinitores sunt quidam Patres in Ordine deputati ad iuuandos Superiores, sicut inter antiquos Senatores, in Republica ciuili Consiliarij, in Ecclesia Romana Cardinales. Eliguntur verò cum Generali aut Prouinciali, quorum etiam Consiliarij vocantur. to. 2. q. 45. art. 1.

Habent prædicti diffinitores in aliquibus Religionibus votum electuum, ipsisque in modum cōpromissi Guardianorum committitur electio. Habent item votum decisum, ad decidendas res graues, quæ ad Capitula, & congregations intermedias deferuntur. Ad quod vo-

tum